

№. 524, 70

B. m. II, 473.

DAEMONIVM SOCRATIS

HAVD QVAQVAM

VT NON NEMO CREDIT

ESSE SPIRITVM SANCTVM
HVIVS INTER SACRA SOLLEMNIA

PROBAT

D. IO. GOTTFR. HAVPTMANN.

Π f
61



Socrates apud XENOPH. in *coniuiio* p. 705.
Ουκἔν-θεῶν ἐπιμελοίμην; ἀνωθεν μέγας ὄντες ὠφελουσιν, ἀνωθεν δὲ Φῶς παρέχουσιν.

GERAE,

EX OFFICINA ROTHIANA.

Spiritus adfessores contemplati, deorum cultores, ac singulatim Socratis spiritum, iam respeximus. Nunc ulterius progrediamur. Daemonas a) isti tam bonos venerabantur, quam timebant malos. Sic, a MARINO b), Proclus Athenas venisse dicitur, comitatu τῶν λογίων καὶ τῶν φιλοσοφίας ἐφόρων, θεῶν τε καὶ δαιμόνων αἰγαθῶν. Immo, nec defunt, ipsos qui deos huc referant c). BONOS PLATO d) praesertim interpretes facit, animalium natura, sed aërea praeditos, et adorandos, preces nostras deo commendantes, nobisque divina beneficia dispensantes e). Malorum mentionem facit PINDAKVS f), vbi: δαίμων ἕτερος ἐς κακὸν τρέψας, ἑδαμάσατό νιν *spiritus alter, ad malum qui conuerterat, perdidit ipsam.* Nec alio spectabit δαίμων αἴσιτος licet, ad vltimi fati sortem, in obscuro positam, non pauci referant. Erat nominatim, inter profanas gentes, opinio, de geniis daemoniis, Maxime tales spiritus sophistae fingebant et iactabant. Euoluamus, variis locis, EVNAPIVM. Exempli loco sit, quod accidisse Sosipatrae narratur g). Δαίμονας Φανέντας hic inuenimus; ipsaque virgo, ἐμὸς ἀνεφθέγγετο θεός, ait. Vitia malis adscribunt geniis, qualibus ipsi subinde mortales agitantur. Egit eiusmodi prauitas Xantippen, vt, ab Alcibiade Socrati missa, crustula proiiceret, pedibusque conculcasset h); dum finistrum amorem (παῖδεραστίαν) suspicabatur de marito, toties iam ab ipso remotum i). Sane, de magnis viris, in vtramque partem, facile multa finguntur, quod Socrati singulatim accidit. Quatenus vero, num id et daemonium contingat, perquirere debemus; post antiquiores profanos, euolui merentur, AVGVSTINVS k) et AENEAS GAZAEVS l), quorum opinionem, vberius explicat IYTVS LIPSIYS m). Scilicet, nihil vacuum, et ipsum aëra refertum animalibus esse, sibi per-

a) CLEM. Al. *strom.* L. V. p. 609. VII. p. 702. 705. sq. ed. 1688. EVSEB. III. 6. LACTANT. I. 7. 4. II. 11. 47. II. 14. sq. AVGVST. de C. D. VIII. 14. VIII. 2. b) p. 22. ed. Fabric. c) I. T. F. RAMBACH *de perf. daem. inf. vind.* p. 5. sq. d) in *συμπόσ.* p. 187. sq. et *Epin.* p. 639. ed. 1556. cf. MARSIL. FICINVS ad I. priorem. e) APVLEI. *de doct. Plat.* L. I. p. 34. sq. ed. Ianflon. et *de deo Socratis.* p. 60. 62. sq. f) *od. Pyth.* III. 62. *Isthm.* VII. 60. MIN. FEL. 26. 6. II. 27. tot. AVG. de C. D. I. 3. 32. II. 4. VIII. 19. 21. X. 10. II. g) in Aedefio p. 54. sqq. ed. COMMEL. h) AELIAN. *V. H.* XI. 12. i) IO. CLERICVS *bibliothèque choisie* T. XI. p. 313. sqq. *Socrates ἑρῶν* p. 4. 5. k) *de C. D.* II. 10. 23. sqq. l) in *Theophrasto* p. 57. 66. ed. Barth. m) *physiolog. stoicor.* L. I. diff. 18. sqq.

persuadebant; eoque plura referebant, ad animorum adfectiones ac motus pertinentia, v. g. amorem. Ibidem miscent heroas, siue femones, lares, genios, animos defunctorum, similes; vt aëra totum, quasi variis muscarum generibus, impleant. Interpretes, inter Deum et homines, ac deprecatores nostros, proprie saltem eminentiores, faciunt, humiliores contra tortores, laruas, lemures. Haec de prisca veritate retinuisse, sed peruertisse, videntur. Vtique, vel Paulus n) aëreas potestates memorat. Accedebat tamen varia notio vocabulorum daemonis, genii, similium. *Μυσταγωγόν* Menander o), SENECA p) paedagogum dixit, quem *singulis hominibus adhaerere* LACTANTIUS tradit q). Quam hic omnia confusa fuerint, ostendit APVLEIUS r). Ita pariter ipse Socrates multis erroribus, vel serio, vel iocose, vel dolose, dictis et factis suis, occasionem praebuisse videtur. Certe dubios nos ille relinquit. Theagi s), Demodoco, reliquis, vocem alicuius sanctae missionis indicauit, quae vitanda potius prohibeat, quam praecipiat facienda. Loca plurima sistit, eo spectantia, COTTER, OLEARIVS t), vt otium nobis fere compararit. Superfunt tamen nonnulli, de Christianorum antiquis doctoribus, Iustinus in primis, Clemens Alexandrinus, Cyprianus, Tertullianus. IUSTINUS u), spiritus malos istos, potius inimicos Socratis, quam amicos, statuit, singularem consultorem reticet. CLEMENS x), cum ipsi Socrati tributis verbis consentiens, *ἐκ παιδὸς ἀρχαίμενον, θεία μοίρα παραγινόμενον, δαιμονιον σημεῖον* adpellat; connectitque statim *τὸυτο δὲ ἐστὶ Φωνή κ. τ. λ.* Carthaginensium antistes y), Socratem, ad arbitrium daemonis, instrui se regique, praedicasse, dicit. Vltimus z) demum habet: *Socratis vox est: si daemonium permittat.* Vt hi, nec in ipsa re, consentiunt, nec in modis; ita multo minus ceteri. Platonis et Xenophontis testimoniis BRVCKERVS α) diffidit; quia doctoribus, apud antiquos, discipuli vulgo nimium dederint. Historica fides ita paullum eleuatur, neque vero tollitur. Ea-

n) Eph. II, 2. VI, 12. o) prol. mea Germ. de natalitiis Graec. not. q. r. p) ep. III. q) II, 12. cf. CLEM. Al. *adm. ad gentes* p. 26. r) p. 33. sq. 64-72. s) PLATO in *Theagē* p. 24. sq. AELIAN. *V. H.* VIII, 1. t) *de Socratis daem.* §. 4. sqq. u) p. 45. 49. 55. sq. ed. opp. 1686. x) *strom.* L. I. p. 334. cf. 311. 596. y) *de idolor. van.* p. 288. ed. Paris 1633. z) in *Apologetico* c. 22. 46. cf. AVGVST. *de C. D.* VIII, 14. sqq. α) *Fr. aus der Phil. Hist.* L. II, c. 2. p. 457. sq.

dem vivebant aetate, coram scientibus adhuc scribebant, nec alias decoquebant fidem. Diversa fuerit quaestio, num omnes, id Socratem serio dixisse, crediderint? Apud ipsum Socratem Antisthenes β): τὸ δαιμόνιον προφασίζόμενος οὐ διαλέγη μοι. Sed, quoque seriam sententiam plures, fundamenti loco ponentes, partim variarunt. Speciminis ergo, triumviri prodeant PLUTARCHVS, MAXIMVS Tyrius γ), APVLEIVS, qui daemona, vel Deum Socratis, ex instituto commendarunt. Quanta, vel inter se, vel ipsorum inconstantia! Poenituit prope, me perlegisse: fiebam incertior, quam ante. Iungamus CICERONEM δ), et alios, quorum tam larga messis, vt recoquere cramben verear. Prope potius rem expendamus. Hauserat Socrates e Pythagoreorum lacunis; qui peculiare singulis hominibus daemona assignabant ε). Socrates autem forte, solam vocem conformans, mentem suam sibi consciam intellexit, ipsum quae, velut instinctu caelesti, vel arcano, moueret ζ). Diuinum quid esse iudicabat; vt animum diuinæ particulam aerae crediderunt, ibi pariter veritatem corrumpentes η). Ita simul semet euehere studuit et excusare; quatenus alicubi sententiam suam retinuit, vel ambiguam siltere laborauit. Hinc et, vt menti rectoris consciae prospiceret, res ciuiles, quod in defensione dicebat, suscipere noluit. Ad haec acumen ingenii iudiciumque praesentissimum intelligere potuit, quod deo tribuebat, sibi praecipue fauenti θ). ROLLINVS ι), aequè iudicium suum Socratem, nomine daemonis, praedicasse, credit: licet vterius surgant Plato, Xenophon, alii. GOTTFR. OLEARIVS κ) simplicitatem Socratis et integritatem obiicit; omnem historicam fidem sic eludi, queritur; eum vtrique futura multa contingentia praedixisse, iudicat λ). Illius pace, de sincera mente dubitamus; narrationes loco suo relinquinus; praedictiones, vel casui, vel prudentiae, vindicamus. Certe iam

β) XENOPH. *conuiu.* p. 706. γ) *diff.* XXVI. sqq. δ) *de diuin.* I, 54. cf. LVD. CAELIVS *ant. lect.* II, 1-15. AVGVST. STEVCHVS *de perenni philosophia* L. VIII. prope toto. ε) IAMBLICHVS *de myster. Aegypt.* L. I. toto tere, *Pythagoricor. commentarior.* L. II. c. 5. ante fin. PORPHYR. *de abstin.* L. II. §. 53. ζ) PROCLVS ad *Alcib.* p. 45. CHALCIDIVS p. 350. η) *Gen.* II, 7. *Iob.* X, 8-12. θ) XENOPH. *mem.* p. 559. ι) in *hist. temp. et pop. ant.* P. III, p. 448. cf. CIC. *de or.* III, 16, 59. κ) sub fin. *diff.* λ) XENOPH. p. 633. sq. *mem. Socr.* I, I. PLATO *apol. Socr. cet.*

iam PLUTARCHVS μ), mentem suam Socratem dixisse deum, quod si-
 liter Menander et Heraclitus fecerint, saepius opinionem illam repe-
 tens, innuit. Eodem spectant PLINIUS ν) verba: *singuli, ex semet ipsis to-
 tidem deos faciunt, genios lunonesque adoptando sibi.* Ceterum ita loqui-
 tur Socrates, vt Deum simul, non modo diuinum, adpellet ξ). No-
 uimus quidem, quod PROCLUS ο) habet, dei nomen variis intelli-
 gendis modis; hinc et mentes hominum, deorum nomine, propter simili-
 tudinem cum diis, nuncupari. Dum autem Socrates non agnoscit
 εὐδαιμόνας, nisi τοὺς τὰ γὰ θὰ καὶ καλὰ κεκτημένους π), daemona suum certe
 bonum credidit, ac εὐδαιμονίαν retulit eodem. Ita facile comprehen-
 dit spiritum, tutelae suae praefectum. Hoc et haustum erat, e purio-
 ribus fontibus, sed aequae deprauatum. Quibus non laeva mens erat,
 spiritus custodes hominum venerabantur, cumque saepius vnum ad-
 paruisse legissent, vel vidissent; vnum cuiuslibet sufficere credebant. Mox
 corruptionis humanae sensus, alterum adiungi suadebat deteriorem:
 maxime, postquam pii parentes, infernum istum draconem cauend-
 um esse, suis diligenter inculcarant ς). Hinc opinionum diuortia,
 Quidam ambo singulis; alii sapientibus ac fortunatis bonum, vitio-
 sis et infaustis malum, vindicabant. Verum enim vero, Christianos
 inter, omnino quidam eo progressi sunt, vt non modo spiritum bo-
 num, sed numen ipsum, apud Socratem, sibi conciperent. Pronus
 esse videtur iam in istam sententiam IUSTINVS martyr σ). Putat enim,
 eiusdem cum Christianis criminis accusatum, non modo verum DE-
 VM, sed λόγον ὑποστατικόν, adnuntiasse, daemonas autem malos ab-
 egisse, tamquam, ex parte cogniti, REDEMPTORIS aemulum. Quod
 sane virtutem requirit SPIRITVS τ), per sanctissimos quoque vates, ad
 quos prouocat, loquuti υ). Gloriantur et ipsius Socratis de vaticin-
 ationibus φ). Delabitur eo, magis adhuc perspicue, POIRETVS χ).

A 3

Haud

μ) in *Platonis quaestionibus* ab init. ν) *H. N.* ll. 7. cf. *AENEAS GAZAENSIS* p. 10. sq. 42. sq. ed. BARTHII. ξ) *XENOPH. apol. Socr.* post init. p. 554. sqq. it. *memor.* init. p. 559. ο) in *theol. Plat.* L. I. c. 24. p. 64. sq. llll, 16. p. 217. sq. ed. Hamb. π) *PLATO* in *συμ-
 ποσ.* p. 188. ed. Hopperi *Alcib.* I. ante fin. in *Euthydemo* p. 272. *Legg.* L. ll. p. 523. cet. cf. IO. IOACH. ZENTGRAV *de fine hominis* - - in *primis de pulcro Socratico* §. 9. ς) *TERTVLL. apolog.* c. 22. σ) p. 48. lq. 83. τ) *1 Cor.* Xll, 3. *1 Io.* llll, 2. υ) *ll. Sam.* XXlll, 2. ll. *Petr.* I, 21. φ) *XENOPH. mem. Socr.* I, 1. cet. χ) *oecon. diu.* lll, 3. p. 750.

Haud euoluere vacat, num et quos hic alios habuerit sententiae suae fautores. Sectam effecit, in qua non solus errauit; sed, in magistri verba qui iurarent, inuenit plures. Innotescit hodie certe, qui, minore saltem gradu, quam Paulum, spiritu sancto Socratem praeditum fuisse, iactitet. Nos quidem, de re solliciti, speciosa videmus argumenta, quibus quis in eam cogitationem deducatur. Passim, consensionem doctrinae Socraticae cum patefacta, vitae Socraticae cum Christiana, posset imaginari. Sapientiam ac virtutes de caelo vocasse putabatur Socrates, vt eo nos reduceret. Quem enim ad modum CHRISTVS arctam aperit viam; sic et Atticus ille doctor. Audiamus, cum meretrice Theodota colloquutum ψ). Ista, semet, ait, modo velit, ad se pellicere posse discipulos Socratis; amicos suos Socratem nullos. Respondet ille, non id mirum esse; quoniam procliuem ipsa tramite ostendat, ipse cogat ad virtutem, ad quam arduus et insolitus multis adscensus. Omnino sapientissimus habebatur Socrates; quem *philosophiae parentem* CICERO ω) dixit, *fontem et caput sapientum*, LIPSIVS $\alpha\alpha$), solum inter Graecos sapuisse, PARKERVS $\beta\beta$). Nullum eminere prae veritate virum, docebat $\gamma\gamma$). De prouidentia diuina disputabat excellenter; licet deos, in pluralitatis numero, nominaret $\delta\delta$). Internam sapientiae pulcritudinem ac honestatis, siue virtutis, omnia vincere, prae se ferebat $\epsilon\epsilon$). *Ὁμοίωσιν θεῶν κατὰ τὸ δυνατὸν* commendabat, animique lapsum in terram, quo, tamquam obliuione somnoque, scientia nostra sit obliterata, prodebat $\zeta\zeta$). Legem non esse bonis latam, sed malis, contendebat $\eta\eta$). Vt CHRISTI ait legatus, legem iusto non, tamquam onus, incumbere. Praesertim amorem Socrates, ad obseruationem legum diuinarum, ac vitae felicitatem, requirebat. Neminem porro, qui bene de rebus existimet, quidquam aliud, quam quod sit optimum, agere; quod secus, per inscitiam fieri; scientiam ergo bonum vnicum, maximum malum inscitiam esse, credit $\theta\theta$). Vituperat quidem hanc opinionem
iam

ψ) AELIAN. *V. H.* XIII, 32. coll. XENOPH. *mem.* p. 583. 199. 618. 199. et STANLEY. *hist. philos.* III, 5. ω) *de fin. bon. et mal.* II, 1, 1. *acad. qu.* I, 4, 16. *de sen.* c. 21. $\alpha\alpha$) *manud. ad phil. stoicam* L. I. diss. 17. $\beta\beta$) *de deo disp.* III. sect. 25. 19. $\gamma\gamma$) IUSTINVS p. 47. 19. $\delta\delta$) XENOPH. p. 632. 199. *de aliis doctrinis* BRUCKER. I. c. p. 468-477. $\epsilon\epsilon$) CLEM. Alex. *strom.* L. V. p. 595. $\zeta\zeta$) MAX. Tyrius. *diss.* XI, p. 115. it. *diss.* XXVIII, 88) CLEM. I. c. III, 478. $\theta\theta$) DIOG. Laërt. II, 31 vel 5, 14.

iam ARISTOTELES ii), et communibus profanarum gentium erroribus inferit GOTTL. STOLLIVS kk); cum saepe, quo quis doctior, eo sit peruersior: sed dudum excusauit IAC. GVIL. FEVLIVS ll), vbi, pugnam inter Aristotelem et Socratem *λογωμαχίαν* esse, comprobauit. Quippe scientiam, certissimam, plenissimam, constantissimam, efficacissimam hic respicit; non solum memoriae cognitionem mancam, imbecillam, labilem, a sensibus et animorum perturbationibus subactam. Vt et ipse CHRISTVS inscitiam dolet Hierosolymitanorum; ac patrem seque nosse, praegustum aeternae vitae, quasi que caelum in terra, pronuntiat. Socrates, eo se nondum esse progressum, agnoscit; quatenus, id se solum scire, se nihil scire, prae se fert mm): vt aeque, mortis ideo cupidus, insignem mortalium imperfectionem, cum serena perfectione beatorum, et infinita NUMINIS ipsius, comparat. Similiter, virtutem potius, quam umbram eius, omnes sectari, desiderat nn): pie precatur oo): *καλοκαγαθίαν* nominatim viris, tamquam optimum odorem, iniungit pp). Inter virtutes, arctiore sensu, maxime praedicauit pietatem, quam commendabat et ostendebat; licet impietatis accusaretur qq). Neque minus sapientem iustitiam, ciuibus et exteris comprobauit rr). Amoris fraterni amicitiaeque laudator Ciceroni praeiuit ss). Gratum animum vel hostibus exhiberi voluit; hoc intentius autem doctoribus, parentibus, amicis, qui beneficiis ornant eminentissimis tt). Sobrietate temperantiaque, vilissimum quodlibet comedebat ac bibebat, eodemque semper utebatur vestitu uu). Singulis ab iniuriae modis abstinentiam xx), immo constantiam, in vita morteque, numquam mutato vultu, praestitit yy). Magnum pariter animum, inter iudicia vulgi, cumque traduceretur in theatro, significauit zz). Quin egestatem ipsam, ac necem, haud inter mala, sed bona, numerauit aa). Hinc et, qui de par-

uis

ii) *magn. mor.* I, 1. fin. 35. *eth. ad Nic.* VI, 13. sq. VII, 3. *ἐνδμ.* I, 4. sq. kk) *Hist. der heydn. Mor.* p. 46. sq. ll) *misc. Lips.* obs. 138. mm) *ARIST. repreh. soph.* II, 2. nn) *XENOPH.* p. 561. oo) *VAL. MAX.* VII, 2. ext. I. pp) *XENOPH.* p. 691. qq) *XENOPH.* p. 640 sq. 645 sq. rr) *XENOPH.* p. 536. 634-641. ss) *XENOPH.* p. 587-601. tt) *XENOPH.* p. 585. sq. uu) *XEN.* p. 571. 576. sq. 639. sq. 644. xx) *XEN.* p. 570. yy) *SEN.* ep. 104. *de ira* III, 13. *AEL. V. H.* II, 36. VIII, 7. zz) *AEL. V. H.* II, 13. VIII, 29. aa) *AENEAS Gaz. in Theophr.* p. 25.

uis parua darent, non minus exhibere credidit, quam, qui multa, diuites^{ββ}). Hoc ipse REDEMPTOR, de vidua pauperrima, fatetur γγ). Generatim, quod et obiicit Antipho sophista δδ), feuerius viuendi genus, philosophus noster amplectebatur. Ea si connectamus, et cogitemus, quod, ab Israël's ciuitate remotus, patefactae sanctissimi SPIRITVS doctrinae conformem, nec omnino rationi per se patentem, discipline prodidit; ab eodem actus videri posset. Hic autem respondemus, nimis euehi dogmata Socratis εε); nimis praedicari vitam iam diximus, rudera purioris ab eluione primorum hominum cognitionis esse, vel de fontibus Israël's alioquin haustae: si quae corruptam rationem excellent. Certe Thales, Ionicae scholae conditor, e qua prodiit Socrates, barbaricam philosophiam didicit ζζ). At et plurima laudatorum dogmatum solius rationis sunt, quatenus eam patefactio corroborat. Ibi paucissimi sedent; vbi bonus vir docetur: semper meliora deterioribus praefenda: cuiuslibet inhaeret cupiditas infanitarum delectationum, et sic porro. Vita quoque Socratica virtutum simulacra prae se fert; internam bonitatem, ac sinceram fidem, minime copulat. Accedit adulatio discipulorum, in magistri gloria delitescantium: nunc autem simul calliditas Epicureorum nostrorum, plurimas iam in sectas distinctorum, sed in eo conspirantium, vt quam latissimam faciant beatitatis viam, et immensam hominum licentiam; quamuis in ore semper habeant amorem, virtutem, concordiam, patientiam, consensionem, dulceque canat fistula. Vestigia terrebunt; si ruinas iam factas et imminentes circumspicemus. Nos autem, quatenus nominatim SPIRITVM diuinum haud in animum malum intrare, nec, praeter fidem, aliquem placere DEO posse, si vel inter singularia ponatur enuntiatum illud generale, perpendimus; num esse potuerit SPIRITVS sanctus, nec ne? facile diiudicabitur. Audire de vatibus, ad flatu sanctissimi SPIRITVS loquutis, et simile quidquam, Socrates, honoris

ββ) XEN. p. 571. γγ) Marc. XII, 43. sq. δδ) ap. XEN. *memor. Soer.* I, 6. GOTTF. GVIL. PAVLLI *diff. de philosophia mor. Socratis* Halae 1714. *Memoires secrets de la rep. des Lettr. ep. V*, p. 212. εε) perpendamus ipsius *πράδα*, penes PROCLVM in *Platonis theol.* L. VI. c. 22. sq. Sed et quod bene memorat Nic. Eding. Balle in *Schreiben an das Philanthropinum* (Blanckenh. 1777. 8.) p. 25. ζζ) CLEM. Alex. *Strom.* L. I. p. 300. sqq.

noris audis, profiteri poterat. Sed haec ipsa fraus, licet pia dicatur, nihil diuini designat $\eta\eta$). Habemus autem et alias plures rationes, ostendentes, istum spiritum minime fuisse bonum et sanctum, ne dum ipsum DEVM. Alibi forte b. c. D. fufus exponemus; iam indicasse non nullas sufficit. Spectant huc errores aperti. Num honorem suum aliis praebet DEVS? num plane nihil nouit homo? num vitae mortisque nostrae domini sumus? Accedunt vitia voluntatis. Superbia ducebatur Socrates, *animal gloriae* dictus a TERTVLLIANO $\theta\theta$). Sic astute viros $\theta\sigma\sigma\pi\nu\epsilon\upsilon\sigma\tau\omicron\upsilon\varsigma$, priscos illos, aemulatus videtur; vt aeque Minos et Africanus Scipio loui sua tribuebat, Apollini Lycurgus, Egeriae Numa. Prorsus in nihilum $\delta\alpha\iota\mu\acute{\omicron}\nu\iota\alpha$ redigere laborat D. IO. SAL. SEMLERVS *). Sed vix euoluit Paulinum locum, quatenus II. Cor. VIII. adlegat, vbi plane nihil, dum I. Cor. VIII, 7. non $\delta\alpha\iota\mu\acute{\omicron}\nu\iota\alpha$ nominantur, sed $\epsilon\acute{\iota}\delta\omega\lambda\omicron\nu$. In venerabilis WALCHII bibliotheca philologica ι), de genio Socratis agi dicitur: vbi meliora spero, sed occupatus nondum legi. Quidquid alii sentiant: mihi quidem adparet iste spiritus ater; etsi tota res fictionibus nitatur, per omnium mendaciorum antiquissimum istum magistrum, efformatis. Eandem sententiam praeferunt CLEMENS Alexandrinus $\kappa\kappa$), EVSEBIVS $\lambda\lambda$), TERTVLLIANVS $\mu\mu$), LACTANTIUS $\nu\nu$), AVGVSTINVS $\xi\xi$). De recentioribus VOSSIVS $\omicron\omicron$), CLODIVS $\pi\pi$), aliique. Quin immo, si vera narrarit, ater erat: quo spiritus inferni pariter alia molimina pertinent; quorum exempla plura facer codex nobis proponit. Profecto, vel ipsum verbum diuinum adhibet ordinarie $\delta\alpha\iota\mu\omicron\nu\omicron\varsigma$ $\rho\rho$) ac $\delta\alpha\iota\mu\omicron\nu\omicron\iota\upsilon$ $\sigma\sigma$) vocabulum, tam apud Graecos interpretes V. T., quam in N. T., malo de spiritu; licet rarissime mediam aliquam notionem adoptet $\tau\tau$). In eadem sententia plures antiquorum doctorum vefsantur.

Euoluantur ante

$\eta\eta$) Si hodieque conspirant, in publica mala, publicam salutem iaciantes; legatur v. g. liber, Von dem Einflusse der Rel. auf das Staatsystem der Völker, Berol. et Lips. 1776. 8. et, audacem impietatem perpendendo, reiciatur. $\theta\theta$) *de anima* c. 1. *apol.* c. 46. *) P. II. collectionum de Gassnerianis et Schropferianis incantationibus p. 55. et 63. ι) Vol. III. P. V. n. 1. ac deinceps. $\kappa\kappa$) *admon. ad gentes* p. 26. sq. *strom.* L. V. p. 593. $\lambda\lambda$) *praep. euang.* III, 2. $\mu\mu$) *de anima* c. 1. $\nu\nu$) *instit. diu.* II, 15. 19. III, 27. $\xi\xi$) *de C. D.* II, 23. sq. VIII, 14. $\omicron\omicron$) *de or. et progr. idol.* I, 8. $\pi\pi$) *de spirr. fam.* §. 2. 2. 7. $\rho\rho$) Matth. VIII, 31. Apoc. XVI, 14. XVIII, 2. $\sigma\sigma$) Deutr. XXXII, 17. Pf. CVI, 37. Ies. XIII, 21. Tob. VIII, 3. Matth. VII, 22. VIII, 33. 34. Io. VII, 20. VIII, 41. 52. I. Tim. III, 1. Iac. II, 19. $\tau\tau$) Act. XVII, 18. Patet, ex haecenus dictis, quantum et ibi fallatur IO. AVG. STARCKII *Hephaestion* (Regiom. 1775.) p. 71 199.

B

ante nominati, quibus accedit IUSTINVS martyr vv). Neque philoso-
phi recedunt et scholastici, cum aliis. Impuros autem eius generis
spiritus colere passim diuinitus vetamur φφ). Vtique, simul istae
fictiones praetextum suppeditant incredulis. ORCHARDVS xx) et BEK-
KERVS ψψ), aetate propinqua, multas ibi turbas peruerse dederunt, quas
amplificanti infeliciter alii, nostra. Quam Atticas vel tunc aures ac
mentes habuerint homines, docet, inter quatuor menses, exemplo-
rum libri tam caeci, quatuor millia vendita fuisse. Nostri sophistae,
talium discipuli, tanto me minus morantur; cum omnino, poena
quidem, sed responsione neutiquam, dignos existimem. Vnde iuni-
orem, adlegando, Rambachium istis opposuisse, sufficiet. Verum
tamen, si mortalibus, adeo temerariis, porro licentia patet impu-
nita; mox, eodem sophismate, quo spiritum infernum tollere labo-
rant, ipsum nobis DEVM eripere conabuntur. Ceterum, Orci por-
tae non praeualebunt. Hinc eo minus impedit, Socratis ad dae-
mona, redimus. Quaeritur, cur ille falso talia finxerit, et aliis per-
suadere laborarit? iam antea monere meminimus, ob superbiam id
esse factum ωω). Quoniam, quod sophistae iactabant, premens alta
mente, repositum tenebat. Semper homo naturalis, vel aperte ma-
lus erit, vel conteget vulpem. Scilicet, sine virtute diuina, boni
praestare nihil omnino valemus. Simulacra virtutum multos decipi-
unt incautos; nec autem fallunt perspicacem. De fructibus arbor.
Saepe multa beneficia nuncupantur, potius maleficia dicenda. Saepe
plurimam adrogans erogat stipem. Non ii sumus, qui facile iudice-
mus. Saltem, quod in oculos sanae mentis incurrit, obseruamus.
At, si Socrates, cui sponte cedunt omnes virtute, veram non
habuit; eius exemplum vbi reperiemus? Hic plura sunt, quae repona-
mus. De paucitate saluandorum, ideoque constanter bonorum, ipse
SVMMS MAGISTER sciscitatos discipulos instituit. Nec autem venit re-
gnum diuinum externa pompa, clamorem potius in silentio compre-
hendens. Sufficit impletum iri DOMINI domum. Ita, cum se solum
crederet Elias, septem millia purorum et innocentium, seruauerat
sibi

vv) apol. ll. p. 68. sq. cf. LACTANTIUS llll, 30, 9. φφ) Leu. XVII, 7. Deutr. XXXII, 17.
ll. Par. XI, 15. xx) de doctrina diabolior. Anglico serm. 1676. ψψ) in mundo fascino. Belg.
serm. Leonard. 1691. s. 1693. vt et, aliis linguis, saepius. ωω) AEL. H. V. VIII, 29. I. C.
KOECHER de idol. liter. p. 179. sq.

sibi NVMEN. Neque tempora quaeuis optimae frugis aequae sunt feraciam. Se quislibet exploret, de sese redditurus rationem. Reliqua DOMINE cura, qui nouit, quos elegerit. Ita laedi misericordiam diuinam arbitrati, cum ceteris DEI perfectionibus, et cum humana libertate, minus eam contendunt. Bileamus et bene precabatur Israëliticae genti. Potuit aequae Socrates vtilitatem, exemplo suo, quamuis interius non bono, praebere ciuibus; certe proteruitatem aliquatenus reprimebat. Nec autem is commemorabilis effectus; si proximi temporis Atticam historiam lustrauerimus. Quin potius infernam calliditatem offendemus, calliditatem, inquam, in coniecturis, quam daemónio tribuit PLVTARCHVS 1), et quae furorem antegressum, in consecutam superstitionem, vertebat. Cum nunc algeret Socrates; virtus eius euehebatur in caelum. Turbidum ac procellosum mare populus Atticus representabat, iam in Socratem, iam in eius accusatores ac iudices, impetu factò. Nominatim tot eius discipuli, qui crederent coloribus, decipiebantur. Auctoritatis summae philosophus erat, quem sequerentur. Ex ipsorum quoque parte factus miscebatur. Aetatem nostram, ipsos inter Christianos, comparemus. Non respiciam pontificiorum consecrationem, quae nostros inter exulat; sed nimias laudes, quae sic in quosdam viuentes ac defunctos effunduntur, vt viuentium vix quisquam corrigatur. Quid mirum? ne vera quidem trahunt. Legimus ipsa volumina, diuinissimo spiritu plena, quis emendatur? Vident, probant homines meliora; deteriora sequuntur: potior pars ne probat quidem, sed ridet meliora. Tales utique, propter iniustitiam, impudentiam, furta, fraudes, quae vel admittuntur, vel permittuntur, ipse condemnabit Socrates. Quin ater ipse spiritus condemnabit, qui cupidius adriperet, quod isti repudiant. Vt multa paucis complectamur, abusus est indole Socratis, non opinati forsitan, Orci tyrannus: qui sic, in Christianam concionem, cultum spirituum ac defunctorum inuexit; cum deprecatores apud DEVM quaerent, qui nimiam, nos inter ac DEVM, distantiam somniabant. Hinc et Paulus 2), eiusmodi consortia iactantes, grauitè reprehendit. Id tanto facilius patet: dum aliae pariter Socratis virtutes iustis dubiis subsunt; pietas, quatenus alioquin accusationes omnem speciem amitterent; castitas, quatenus

B 2

1) in *Alcib.* T. I. p. 199.

2) Col. II, 18.

eorum

QK 11/61 X 3293548

eorum opinio valet, qui, coniuges ambas ipsum eodem habuisse tempore, legibus quidem tunc permittentibus, autumant 3); abstinentia, quatenus fordidum potius viuendi genus obiicitur 4). Hinc autem, ipsum deos negasse, cum TERTULLIANO 5), non omnino dicemus; sed eatenus saltem, quatenus, verum non habens DEVM, nullum habet. Remouebat patrios; sed ipse sibi formabat fictitium, cuius vocem audiret 6), et vnde δαιμόνιος adpellaretur 7). Quid? annon obsignauit, sanguine suo, de tali daemone doctrinam? Id adseuerat, a quo δαιμόνος μάγιστρος vocatur 8); cum tamen daemonem illum non DEVM omnium rerum potentissimum existimauit. Sic, Ilicos intra muros et extra, peccatur: dum quidam sanctissimi SPIRITVS NVMEN impie iam impugnant; alii beatos inter collocant Socratem, alii daemoni, nesciunt cui, tam addictum constituunt, vt et eius honori vitam ipse postponeret. Vtique, tales aequae, si fabula vera foret, Socrates olim conuiceret in pudorem. Quid enim? Is, inter deorum cultores, adeo tuebatur fictum spiritum; cum verum, immo DEVM, inter Christianos, proculcent gigantes nostri. Nos tanto fortius eum tueamur, qui nos in primis tuetur. Oratio, commilitonis ad modum idonei, IO GE. SCHMIDII *Poesnecc.*, perendie nos concitabit, quae SPIRITVM SANCTVM *consolatorem ac defensorem nostrum* proponet. Ad hanc igitur indulgenter audiendam, illustribus Ruthenaei CVRATORES VENERABILES, FAVTORES, DOCTORES, AMICOS quoslibet, ardentem, humaniter, diligenter inuitamus.

P. P. Gerae d. XVllll. Maii D. R. A. C1810CCLXXVII.

3) THEODORITVS *Therapeut.* S. Xll. p. 174. sq. STANL. l. c. Ill, 16. 4) VAVASSOR *de ludicra dict* p. 35. sq. ed. KAPP. 5) *apolog.* c. 45. IAC. BRVCKER T. I. p. 444. sqq.
6) PLATO opp. p. 12 sq. 16. 72. 201. 241. 7) PLATO p. 187. 8) *Bers. einer Geschichte des menschlichen Geschlechts* I. Th. Halle 1771. 8. biblioth. sel. Lemgouienfis Vol. I. p. 264. sq. in recensione.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
B.I.G.
Farbkarte #13



B. m. II, 473.

IVM SOCRATIS

HAUD QVAQVAM
NON NEMO CREDIT



RITVM SANCTVM
TER SACRA SOLLEMNIA

PROBAT
OTTFR. HAVPTMANN.



d XENOPH. in conuiuio p. 705.
ωθεν μέν γε ὄντες ὠφελοῦσιν, ἀνωθεν δὲ Φῶς παρέχουσιν.

GERAE,

PRICINA ROTHIANA.